

Zircium monasterium magna ex parte dirutum. Ecclesia est extracta ex meris lapidibus scissis; arcus, fenestrae, columnae item formatae ex lapidibus politis adhuc illaesis. Formam habet crucis ad modum ecclesiae Henrichoviensis, unico excepto, quod navicula seu pars presbyterii sit quidem tam lata, non autem tam longa sicut Henrichovii, nec penes presbyterium sint laterales ambitus, ut circumiri possit, sed ex utraque parte presbyterii duo sunt contigua sat ampla sacella, muro interposito, pro nunc omnia quatuor adhuc fornicata. Ad modum denique ecclesiae Raudensis est Zircensis, nimirum posterior ecclesia post Chorum, ut Henrichovii habet tales laterales ambitus et tam altos arcus; anterior autem pars penes majus altare nullos laterales ambitus habet, et sicut Raudae penes presbyterium ex qualibet est unum, sic Zircii sint duo contigua sacella, interposito muro, v. g. ubi Henrichovii sacristia actualis aut repositorium est unum et alterum ubi est ambitus sacellum versus S. Josephi et eodem modo sunt in altera parte.

– Extant praenominatae ecclesiae muri medii ecclesiae supra columnas exstructi et laterales usque sursum ad tectum, et quamvis tectum nullum sit, posset sine magna difficultate superponi tectum, cum murus nulla indigeat elevatione, cum adhuc ejusdem altitudinis sit, cuius fuit, tum ut tecta Ecclesia. Integri sunt enim muri, sine omni concussione lapidum politorum; ex parte altaris majoris usque ad tertium arcum inclusive posterioris ecclesiae, v. g. usque nostrae Ecclesiae ad arcum scamni D. Cancellarii inclusive, fenestrae omnes sunt in forma fenestrarum novarum Ecclesiae Henrichoviensis, quae in Ecclesia inferius e regione D. Cancellarii extractae sunt, et post majus altare est ingens et pulchra fenestra integrorum lapidum exstructorum. Sacristia est pulchra, lata et longa, cujus muri adhuc integri extant. Dormitorii laterales et intermedii muri in tractu inferiori, ubi est nostrum capitulum, omnes sunt adhuc integri; superior tamen pars, hoc est dormitorium, media ex parte, cum medietate fenestrarum cellarum est diruta; et in medietate altera dormitorii adhuc sunt fenestrae lapide polito cinctae et modestissime formatae integrae, collapsis tamen omnibus fornicibus, etiam omnium ambituum, quod fornicatae fuerint. Refectorii muri omnes ac frontispicia etiam adhuc integri sunt, collapsis tamen fornicibus. Longitudo sacristiae, dormitorii et refectorii, quae ad meridiem versus, ut Henrichovii, sunt extracta, tanta est, ut Henrichovii ab Ecclesia usque ad Refectorium inclusive. ... Piscinas circa Zircium nullas vidi ... observavi tamen dispositiones penes Zircium commodas pro reformandis duabus piscinis propter perfluentem rivulum. Monasterio non longe adjacet in valle longum pratum, in quo extant rudera Ecclesiae, ubi pagus fuit Zircium ...

A zirci monostor nagy részben romokban áll. A temploma csupa faragott kőből épült; az ívek, az ablakok, az oszlopok ugyancsak csiszolt és még ép kövekből készültek. Kereszt alakja van, mint a heinrichau templomnak azzal az egy kivétellel, hogy a hajócska vagyis a presbitériumi rész ugyanolyan széles, de nem olyan hosszú, mint Heinrichauban és a presbitérium mellett nincsenek oldalfolyosók, hogy körül lehessen járni, hanem a presbitérium mindkét oldalától folytatódólagosan két elég széles kápolnácska van, köztük fal, mostanáig mind a négy még boltozatos. A raudeni templomhoz hasonlóan a zirci, a templom további részén, a kórus folytatásában, amint a Heinrichauban olyan oldalhajók és olyan magas ívek vannak; az első részben pedig a főoltár mellett semmiféle oldalfolyosó nincs és miként Raudenben a presbitérium mellett egy, úgy Zircen kettő szomszédos kápolna van, fallal elválasztva. ...

– Az említett templomnak állnak a középső oszlopokra emelt falai és az oldalsók egészen föl a tetőig és bár nincs meg a tető, nehézség nélkül lehetne tetőt építeni rá, minthogy a fal nem igényelne semmi magasítást, minthogy még ugyanolyan magas, mint volt, amikor még be volt fedve. Épek ugyanis a falak, a faragott köveknek minden törése nélkül, a főoltár részétől egészen a templom hátsó részének a harmadik boltszakaszáig, mint például a mi templomunknak a szószék lépcsőjéig; az összes ablakok a heinrichau templom új ablakaihoz hasonló alakúak, amelyek a templomban alább a szószéktől vannak építve; és a főoltár mögött egy hatalmas és szép ablak (még) ép kövekből épült. A sekrestye szép, széles és hosszú, amelynek a falai még állnak. A dormitórium (szárnyának) oldalfalai és az alsó szintnek választófalai, ... még mind épek; mégis a felső rész azaz a dormitórium fele részben a cellák ablakainak a közepétől le van rombolva; és a dormitóriumnak a másik részén ép ablakok vannak ...; azonban minden boltozat beomlott, az összes folyosóé is, amelyek boltozva voltak. A refektóriumnak az összes fala és a homlokzata még ép, a boltozat azonban beomlott. A sekrestyének, a dormitóriumnak és refektóriumnak a hosszúsága, amelyek Heinrichauban is déli irányban épültek, ugyanakkora, mint Heinrichauban a templomtól a refektóriumig bezárólag. ... Zirc körül egy halastavat sem láttam. ... Megfigyeltem azonban Zirc mellett alkalmas helyeket, hogy helyreállítsanak két halastót az átfolyó patak által. Nem messze a monostortól fekszik a völgyben egy hosszú rét, amelyben állnak templomromok, ahol Zirc falu volt.

Abraham Wabrzig levele apátjának 1699. október 17-én. *Heinrich Grüger*: „Der Beginn der Union von Heinrichau und Zirc (1701-1752)“ *Analecta Cisterciensia*. 38 (1982) p. 68. (Eredeti: Breslau/Wrocław Egyházmegyei Levéltár V-B-6c)